



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 Vtrum desperatio possit esse sine infidelitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

AD TERTIUM dicendum, q̄d damnati non sūt in statu sperandi propter impossibilitatem redditus ad beatitudinem: & ideo q̄d non sperant, non imputatur eis ad culpam, sed est pars damnationis ipsorum. Sicut et̄ in statu iuris, si quis desperaret de eo, quod nō est natus adipisci, vel quod non est debitum adipisci non est peccatum, pura si medius desperet de curatione aliquius infirmi, uel si aliquis desperet se forte diutinas adepturum.

¶ Super questionis nigissime Articulum secundum.

IN art. 2. hoc solum scribendū occurrit, vt bene notes, q̄d fidēs statu cum desperatione, vt ē hinc incligas, quo etiam statu blāphemia, qua inter Christianos inuenitur: uterq; siquidem, blāphemus, & desperans, in particula rū tantum sufficit, quod erret.

¶ 2. diff. 43. ad 3. art. 2.

¶ 17. art. 7.

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur, q̄d desperatio ne infidelitate esse nō possit. Ceteritudo enim spei a fide derivatur: sed manente causa non tollitur effectus: ergo non potest aliquis certitudinem spei amittere desperando, nisi fide sublata.

¶ 2. Prat. Praferre culpam propriam bonitati, vel misericordie, uel bonitatis, quod est infidelitatis: sed qui desperat, culpam suam prefert misericordia, vel bonitati diuinæ, secundū illud Gen 4. Maior est iniqtas mea, q̄ ut venia merear ergo quicumq; desperat, est infidelis.

¶ 3. Prat. Quicumque incidit in hēresim damnatā, est infidelis: sed desperans uidetur incidere in hēresim damnatam, scilicet Nouatianorum, qui dicunt peccata non remitti post baptis̄mum: ergo uidetur quod quicumque desperat, sit infidelis.

S E D C O N T R A est, quod remoto posteriori nō remouetur prius: sed sp̄es est posterior fide, ut supra dictum* est: ergo remota sp̄es potest remanere fides, non ergo quicumque desperat, est infidelis.

R E S P O N. Dicendum, q̄d infidelitas pertinet ad intellectum, desperatio autem ad uim appetitum. Intellectus autem uniuersali in est, sed uis appetitua mouetur circa particulares res. Est enim motus appetitus ab anima ad res, que in seip̄is particulares sunt. Contingit autem aliquem habentem rectam existimationem in uniuersali circa motum appetituum, non recte se habere corrupta eius estimatione in particulari: quia necesse est, quod ab estimatione in uniuersali ad appetitum rei particularis perueniat mediante estimatione particulari, ut dicitur in 3.* de anima. Sicut ex propositione uniuersali nō inserunt conclusio particularis, nisi assumendum particularē. Et inde est, quod aliquis habens rectam fidem in uniuersali, deficit in motu appetitivo circa particolare, corrupta particulari eius estimatione p̄ habitum, uel per passionem. Sicut ille qui fornicatur, eligendo fornicationem, vt bonum sibi ut nunc habent corruptam estimationem in particulari, cū tamen retineat in uniuersalem estimationem ueram, secundum fidem. scilicet, quod fornicatio sit mortale peccatum. Et similiter aliquis retinendo in uniuersali ueram estimationem fidei, quod scilicet est remissio peccatorum in Ecclesia, potest tamē pati motum desperations, quod scilicet, sibi in tali statu existenti non sit sperandum de venia, corrupta estimatione eius circa particularē. Et per hunc modum potest esse desperatio sine infidelitate, sicut & alia peccata mortalia.

A D P R I M U M ergo dicēdū, quod effectus tol-

litur non solum sublata causa prima, sed et̄ causa secunda. Vnde moris sp̄e autem solum sublata uniuersali estimatione, sicut causa prima certitudini dinis sp̄e: sed et̄ causa particulari, quae est dona.

A D S E C U N D U M dicendum, quod q̄d sp̄e universali estimaret misericordiam Dei nostri, tam, effet infidelis: hoc autem non existens; sed quod sibi in statu illo properat particularem dispositionem, non sit deinde cordia sperandum. Et similiter dicendum, quod Nouatiani in uniuersali negantem peccatorum fieri in Ecclesia.

A D T E R T I U M

Verum desperatio sit maximum peccatorum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod desperatio non sit maximum peccatorum. Potest enim esse desperatio absq; in fidelitate, sicut dictum* est: sed in fidelitate est maximum peccatorum, quia subruit fundamentum spiritualium adiutoriorum. ergo desperatio nō est maximum peccatorum. **H**¶ 2. Prat. Maiori bono maius malum opponitur, ut patet per Philosophum in 8 Ethic. sed caritas est maior sp̄e, ut dicitur 1. Corint. 13. ergo odium est maius peccatum, quam desperatio.

¶ 3. Prat. In peccato desperatio est solū inordinata auerſio a Deo: sed in aliis peccatis est nō solum auerſio inordinata a Deo, sed etiam inordinata conuersio. ergo peccatum desperationis non est gravior, sed minus aliis.

S E D C O N T R A. Peccatum insanabile uidetur esse grauissimum, secundum illud Hier 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua: sed peccatum desperationis est insanabile, secundū illud Hier. 15. Plaga mea desperabilis renuit curari: ergo desperatio est grauissimum peccatum.

R E S P O N. Dicendum, quod peccata quae opponuntur virtutibus theologicis, sunt secundum suum genus grauiora peccata illis alii. Cū enim uirtutes theologicae habeant Deum pro obiecto, peccata eis opposita important directe, & principaliter auerſionem a Deo. In quolibet autem peccato mortali principali ratio mali, & grauitas est ex hoc, q̄ auerſio se a Deo. Si enim posset eile cōuerſio ad bonum commutabile: sine auerſione a Deo, quamvis effet inordinata, non efficit peccatum mortale. Et ideo illud quod primum, & per se habet auerſionem a Deo, est grauissimum peccatum.